MUSICARUM PER GRECAS AC LATINAS LITTERAS NOTARUM COMPUTATIO [nuncupa]

ſ xi Reſtat [ut] quoniam ſumus peruentum ſecundum praedictas conſonantias per regulam diuiſuri quinque
neceſſarios ſonos tribus generibus cantilenę ex hibebit iſta partitio.
muſicas interim notas apponere· ut cum diuiſam lineam hiſdem notulis ſignauerim
quod unicuique nomen ſit facillime poſſit agnoſci· Ueteres enim muſici propter compendium ſcrip
tionis ne integre ſemper nomina neceſſe eſſet apponere excogitauere [ut] notulas quaſdam quibus
neruorum uocabula notarent [u] eaſque per genera modoſque diuiſere· Simul etiam hac breui
tate captantes ut ſi quando melos aliquod muſicus uoluiſſet aſſcribere· ſuper uerſum [numeralis] rithmi
ca metri compoſiti one diſtentum has ſonorum notulas aſſcriberet· ita miro modo rep
perientes· ut non tantum carminum uerba quę litteris explicarentur· ſed melos quoque ipſum
quod his notulis ſignaretur· in memoriam poſteritatemque duraret· Sed ex his omnibus modis unum
interim lidium· eiuſque notulas per tria genera diſponamus· in reliquis modis idem facere
in tempus aliud differentes· Sane ſi quando diſpoſitionem grecarum litterarum notarum
nuncupatione deſcripſero· lector nulla nouitate turbetur· Grecis enim litteris in qualibet
parte nunc inminutis [abalci] nunc etiam inflexis ita hec notarum deſcriptio conſtituta eſt·
Nos uero cauemus aliquid ab antiquitatis auctoritate tranſuertere· Erunt igitur priores
ac ſuperiores notulę dictionis id eſt uerborum· Secundę uero atque inferiores percuſſionis· ꝛ
proſlambanomenos quia adquiſitus dici poteſt. [zita] Ζ· cum non integro. [tau iacens] Η iacens Ζ Ⱶ hipate
hipaton quae eſt principalis principalium· [gamma] Γ conuerſum· et Τ rectum· Ⱶ parhipate hipa
ton· id eſt ſupprincipalis principalium· [beta] Β· non integrum· et Τ ſupinum· [BL] Β· hipaton enarmonios
quę eſt principalium enarmonios· [alfa] Λ ſupinum et· [gamma] Γ conuerſum recto habens uirgulam Ⱡ· hipaton
chromatice que eſt principalium· Λ ſupinum habens lineam et Τ conuerſum
duas habens lineas Ⱡ Ⱶ; hipaton diatonos quę eſt principalium ex [ſenta] Φ grecum et digammon Φ Ϝ;
hipate meſon quę eſt principalis mediarum· c et c· Ↄ parhipate meſon· quę eſt ſuper prin
cipalis mediarum· [ro] p et c [ſima] ſupinum Ⱶ meſon enarmonios quę eſt mediarum enarmonios·
pr · Π grecum et c· conuerſum Ⱶ meſon chromatice quę eſt mediarum chromatica· Π grecum
habens uirgulam et c· conuerſum per medium habens uirgulam Ⱶ ꝛ Meſon diatonos quę
eſt mediarum· extenta Μ· grecum et Π grecum diductum· [M] Ⱶ; Meſe que eſt media· ι et Λ [iota] [labda]
iacens· Ⱶ Trite ſinemmenon quę eſt tertia coniunctarum [teta] Θ et Λ [labda] ſupinum· Ⅴ
Sinemmeno enarmonios quę eſt coniunctarum enarmonios· Η grecum et· [labda] Λ· iacens
conuerſum per medium habens uirgulam Η· Sinemmenon chromatice· que eſt
coniunctarum chromatica· Η grecum habens uirgulam· et Λ conuerſum

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 101 – Boetii geometria et musica
(http://www.e-codices.ch/fr/sbe/0298/101)